Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



qui misit me. Si ergo testimo-
nium phibeo de meipso testimo-
nium meum non est verum. Alius est qui
testimonium phibet de me. Et scio
quia verum est testimonium quod phibet
de me. Vos misistis ad Io-
hannem et testimonium phibuit ve-
ritati. Ego autem ab homine testi-
monium non accipio. Sed hec
dico. ut vos salvi sitis. Ille
erat lucerna ardens et lucens.
Vos autem voluistis exultare
ad horam in lumine eius. Ego
autem habeo testimonium maius Io-
hanne. Opera enim que dedit
michi pater ut perficiam ea ipsa
opera que ego facio testimonium
phibent de me quia pater me
misit. Et qui misit me pater
ipse testimonium phibet de me. Ne-
que vocem eius unquam audistis
neque speciem eius vidistis. Et
verbum eius non habetis in vobis
manens quia quem misit ille huic
vos non credistis. Scrutamini
scripturas. quia vos putatis in
ipsis vitam eternam habere. Ille
est qui testimonium phibet de me.
et non vultis venire ad me.
ut vitam habeatis in me. Gla-
riam ab hominibus non accipio.
sed cognovi vos quia dilectionem
dei non habetis in vobis. Ego
veni in nomine patris mei et non
accepistis me. Si alius venie-
rit in nomine suo illum accipie-
tis. Quomodo potestis vos
credere qui gloriam ab invicem accipi-
tis. et gloriam que a solo deo est
non quaritis. Nolite ergo putare
quia ego accusaturus sum
vos apud patrem. Est qui accu-
sat vos moyses in quo speratis.
Si enim crederetis moysi.
crederetis forsitan et michi. De
me enim ille scripsit. Si autem il-
lius litteris non creditis. quo-
modo verbis meis credetis. offr.
Percussus est moyses in conspe-
ctu domini dei sui et dixit percussus est
moyses in conspectu domini dei sui.
et dixit. ne due irascaris super
populo tuo parce ire animi tui memen-
to abraham ysaac et iacob quibus
iurasti dare terram fluentem lac et
mel et placatus factus est dominus de
malignitate quam dixerat facere po-
pulo suo. Secr. Oblatis sacrifi-
cii nostri tuo nos domine munera
dicata sanctificet. ut quod celebra-
mus in tua presumpsimus
in certum
in certum optet effectum. P.
Qui manducat meam carnem
et bibit meum sanguinem
in me manet et ego in eo dicit
dominus. Postc. Sacra tua nos quesumus
domine et a peccatis emunda. et cele-
stis vite vigore confirmet.
Ad cetera domine tamen secretum
Alis tuis et presentia pacem con-